

Libera Electio Regis

Rex Polonie non debet eligi, nisi
vacante Regno, et in Comitibus per
Consiliarios indictis.

Sigismundus primus Rex Polonie etc.

Manifestum facimus universis. Quia licet
nos fuerit antiquus Regni nostri, ut deceden-
tibus Regibus et Regno vacante Domini Con-
siliarii status utriusque capto invicem mutuo
consilio, conventum Electionis generalis sta-
tuerent, et illum omnibus membris et Ordini-
bus Regni tempore denunciarent, ut unusquisq;
qui vellet ad illam venire possit. Quia tamen
in eligendo Serenissimo Principe Domino Si-
gismundo secundo Rege Polonie et Magno
Duce Lithuanie Filio nostro charissimo nos
ipse pretermissus fuit, non data opera, sed
quod Nobis viventibus et Regno nondum va-
cante, magisque Divina ordinatione, quam hu-
mano consilio Electio ipsa Majestatis sue con-
tigit, considerantes tantam omnium Subditorum
nostrorum erga Nos et Serenissimam Famili-
am nostram fidem, affectum et observantiam,
ut hanc ipsam Electionem Serenissimi Filii
nostri utcumque preter veterem consuetudi-
nem factam approbaverint et gratam habue-
rint, nolentesque, ut per hujusmodi Electio-
nem aliquid in posterum more aliquo dero-
garetur: decernimus, ut deinceps quotiescumq;
Regem decedere et Regnum vacare aut Electionem
quomodocumq;

quomodocunque celebrare contigerit, Domini Con-
siliarii Ordinis utriusque antequam ad Ele-
ctionem procedant, prius juxta veterem consue-
tudinem conventum Electionis generalem sta-
tuant, et illum universis Regnicolis et Domi-
nis in tempore declarent, ac Electionem in
eodem conventu juxta veterem consuetudinem
celebrent. Harum testimonio Literarum, qui-
bus sigillum Nostrum est appensum. Cra-
covie in Conventu Generali Sabbatho proxi-
mo ante Dominicam Letare A.D. 1530. Regni
Nostrum anno 24.

Ad 1530